



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus  
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione  
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

Qualiter postulatione ius in beneficium acquiratur. punct. 12

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

De tempore requisito ad electionem, eiusque confirmationem.

- 1. Designatur tempus electionis cuiuslibet prelaturo.
- 2. Confirmatio tribuit perfectum ius in beneficio, & qualiter celebranda est.
- 3. Quid si electores non conveniant?
- 4. Confirmans ante confirmationem debet qualitates electionis & electi nosse.
- 5. Qui habeant potestatem confirmandi.

**Q**uod si de tempore, in quo celebranda est electio loquamur, certum est ante vacationem Ecclesie fieri non posse, neque esse validam: imo necessarium est, ut prius prelati de sanctis (epelatur, ut electio licita sit, tamen si fiat illo non scripto valida erit, constat ex c. bona memoria. 1. de electione, summa glossa. Deinde est certum, electionem prelaturo Ecclesiarum cathedralium: & regularium faciendam esse intra trimestre à die notitie habite vacationis, nisi electores iuste impediti fuerint; alijs privabuntur pro illa vice potestate eligendi: habetur expressè cap. ne pro defectu. de electione. Insuperque debent electionem electo nuntiare, & eius consensum petere intra octo dies, si id fieri possit: alijs omnibus beneficijs, quæ in ipsa Ecclesia habentur, sunt triennio suspensi, cap. expientes. c. ceterum. de electione. in 6. In Ecclesijs vero collegiatis, & omnibus alijs beneficijs, quæ prelaturo non sunt, semel conceditur ad eligendum. cap. de multis. de prebendis. cap. nulla. de concess. prebend. Electus vero ad prelaturo cathedralis, vel regularis Ecclesie, debet intra mensem à die quo electionis notitiam habuit, suæ electioni consentire, vel dissentire, & infra mensis post consensum tenetur Romam petere, ut sic apostolice conspectui confirmandum præferat. Alijs cassabitur ipso iure electio, ut expressè deciditur. c. expientes.

1. Confirmatio electionis est, quæ electo tribuit plenum ius in beneficio, ita ut sic confirmatus si possessionem beneficii acceperit, possit exercere ea omnia, quæ iurisdictionis sunt, c. nulli. & cap. transmissam. de elect. et non possit exercere, quæ ordinem, aut consecrationem requirunt, si ordinatus, consecratusve non sit. Si vero electus ante confirmationem se administrationi sine spiritualium, sine corporalium in totum vel in partem ingerit vel per se, vel per alium, eo ipso amittit omnem ius, quod per electionem acquirerat, & merito; quia usurpat iurisdictionem, quam non habebat: habetur c. anar. de elect. in 6. Si vero facta confirmatione, quæ nulla est, & invalida, admittitur, eadem penas contrahit, si scienter processit; secus si ignoranter. Glossa supra d. cap. Ab hac regula venit excipienda Abbatis electa à maiore parte conventus, cuius confirmationi, si duæ partes non contradicant, potest interim administrari. c. in demeritis. §. si vero. de elect. in 6. Secundo excipitur electus ad Ecclesiam extra Italiam, cuius electio est à Summo Pontifice confirmanda: huic enim conceditur integra administratio Ecclesie excepta potestate alienandi. c. nihil. de electione.

2. Verum contingere potest, ut electores non conveniant, & sua vota in duas dividant partes: ac tunc superior, penes quem est potestas confirmandi poterit confirmare qui sibi magis idoneus visus fuerit, iuxta text. in c. si forte. dist. 63. & c. quoniam de iur. par. Sed si ex illis duobus unus electus fuerit, alius vero postulaturo aduertendum est, an postulantium numerus sit duplo maior eligentium; nam in isto casu postulaturo, si alius idoneus fuerit, confirmandus venit, si postulantium numerus non ita excederit, electus confirmandus est. Dixi alius postulaturo idoneus fuerit, nam si fuerit indignus, & scienter indignum postulaturo electus prævalet. Si vero ignoranter processerint quod raro præsumitur, neque electus, neque postulaturo confirmabitur, sed iterum ad electionem procedere possunt. Quæ omnia habentur in cap. scriptum. de electione.

3. Ante confirmationem vero debet confirmans qualitatem electionis, & electi explorare, an inquam electio legitima fuerit, & an electus qualitates habeat prelaturo requisitas, alias graviter peccabit, & confirmatio nullius erit momenti, utpote sine cognitione facta, & periculo eligendi indignum exposita, §. vit. de elect. in 6. Quod si absque hoc examine coningat indignum confirmari, suspenditur à beneficio & potestate privatur primus electum confirmandi, graviusque punitur, si malitiose processisse probatum fuerit, c. nihil. est. de elect.

4. Quod si iniquitas, qui potestatem habeant confirmandi: Respondeo consuetudinem potius, quam ius attendi debere Nam si ius antiquum spectetur, Episcopus confirmari debebat. à Metropol. & Metropol. à Primatibus, & hic à Patriarcha, hic à Romano Pontifice, vel eius Legato: prelati vero regulares ab Episcopo, cui erant subiecti. At cum nullibi electionis usus existeret extra Germaniam, & religiosi omnes à iurisdictione ordinario tum sine exempti, aliter confirmatio obtinebat. Nam Episcopi etiam in Germania electi à Romano Pontifice, confirmantur; prelati regulares à provincialibus, provincialis à generali; gener.

Est. de Castro Sum. Mor. Pars II.

ralis vel non indiget confirmatione, vel à pontifice illam obtinet. Azor. 2. p. in iur. mor. lib. 6. cap. 14. quæst. 7.

PUNCTVM XII.

Qualiter postulatione ius in beneficium acquiratur.

- 1. Qualiter postulatio ab electione differat.
- 2. Postulatio ante admissam postulationem nullum ius in beneficio competit.
- 3. Legitima est postulatio, si à maiore parte collegij fiat.
- 4. Si postules indignum, prius potestate postulandi.

**P**ostulatio ad electionem reducitur: differat tamen ab illa, quia est personæ iure canonico impedita. Unde qui postulat petunt à superiore, ut postulaturo dispensationem concedat, & impedimentum iuris relaxet, & habilem constitutum confirmet, colligitur ex 2. c. innovat. de elec. c. bona. 2. de postul. prelat. & tradit Abbas Rub. de postul. prelat. Unde solus superior (qualis non est alius à Pontifice, qui ius relaxare potest, & impedimentum remouere) potest postulationem admittit: admittit enim postulationis est relaxatio iuris, & postulaturo confirmatio. c. gratum. c. bona. c. vit. de postul. prelat. & tradit Abbas c. 1. de postul. prelat. v. 34. & c. gratum eodem tit. num. 13.

2. Hinc infero postulaturo; antequam superior postulationem admittat, nullum ius ad beneficium competere, quia ab illo ob impedimentum est exclusus, & postulares exclusionem non valent remouere, sed solum supplicat à superiore, ut ipse remoueat. Quapropter postulaturo impedire non potest postulaturo, ut à postulatione desistant, & ne alium postulent aut eligant, quod secus contingit in electione; nam illa facta iam non licet electoribus mutare sententiam, quia electio ius ad beneficium acquisitum est, & tradit Azor. 2. p. in iur. mor. lib. 6. c. 17. quæst. 4.

3. Dubium tamen est, an postulatio legitima sit, si non ab omnibus, sed à maiore parte collegij fiat? Ratio dubij est: quia est gratia facta à communitate postulaturo; non enim communitas postulare illum debet, neque superior postulationem admittit. Sed in his, quæ sunt gratia, & fauoris omnes conuenire debent, ut tradit Gloss. c. cum. omnes. de constitutionibus. Ergo absque consensu, omnium postulatio nulla est. At omnino tenendum est legitimam esse postulationem, si à maiore parte toto collegio, leg. quod maior. ff. ad municipalem. & c. 1. & vit. de his qua. sunt à maiore part. capituli. & clare colligitur ex cap. scriptum. de elect. ubi postulatio facta à numero duplo maiori quam electio electioni præferatur. Neque obstat ratio dubitandi, concedo non esse obligatum collegium postulare sic impeditum, neque superiorem admittit postulationem, sicut neque collegium semper obligatur cum eligere quem de facto eligit, sed alium loco illius eligere poterat. Sed non obinde sequitur in huius gratiæ concessione omnes conuenire debere, quia non est gratia de bonis, quæ propria sint vniuersalibus. Adde postulares non tam gratiam facere postulaturo, quam petere, ut à superiore illi fiat. Neque talis petitio pro gratia repari debet, cum nullum ius inde postulaturo acquirat.

4. Rursus dubitare potes, an si postules indignum, prius potestate eligendi, vel postulandi: Videris non prius; eo quod in c. cum in cunctis. de elect. Solum eligentibus scienter indignum hæc pena irrogatur. Non igitur ad postulaturo debet extendi. Cæterum dicendum est, extendi debere. Tum quia est eadem ratio. Tum quia in c. scriptum. de elect. videtur expressè cauere: ibi nisi forsitan omnes aut maior pars postulantium præsumptione damnabili postulaturo scienter indignum, & hac vice merito debeant eligendi, seu postulandi potestate priuari. Idem habetur cap. 1. & 2. de postul. prelat. & tradit Abbas in suprad. c. 2. & c. 2. de restam. num. 2. Azor. 2. p. in iur. mor. lib. 6. c. 17. q. 6.

PUNCTVM XIII.

Qualiter collatione ius in beneficiu acquiratur. Et de potestate Romani Pontificis in beneficiorum collatione, illiusque prelatione, comparatione ordinarij.

- 1. Collatione ius in beneficium acquiratur.
- 2. Romanus Pontifex plenum ius habet in beneficijs.
- 3. Si pontifex ordinariu in collatione præueniat, valida est eius collatio.
- 4. Limitatur, nisi ex parte prouisi ab ordinario concurrant possessio, vel assignatio diei, & hora.
- 5. Qualiter constabit ordinariu præuenisse Pontificem in collatione prima. Quid sentiat González.
- 6. Litteris sigillatis ab ordinario, & à notario subscriptis reuerentestestis, sufficienter probatur.